Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift



& super excelsa statuens me. Qui do
cet manus mea ad prelium: & posuisti
ut arcum ereum brachia mea. Et
dedisti michi protectionem salutis tue: &
dextera tua suscepit me. Et disciplina
tua correxit me in finem: & disciplina
tua ipsa me docebit. Dilatasti gres
sus meos subtus me: et non sunt infirma
ta uestigia mea. Persequar inimicos meos
& apprehendam illos: & non conuertar
donec deficiant. Confringam illos
nec poterunt stare: cadent subtus meos
Et precinxisti me uirtute ad bellum:
supplantasti insurgentes in me subtus
Et inimicos meos dedisti michi dorsum:
& odientes me disperdisti. Clamauerunt
nec erat qui saluos faceret: ad dominum
nec exaudiuit eos. Et conminuam eos
ut puluerem ante faciem uenti: & lutum